

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

26

1391 luglio 23, Ind. XIV, Matera

† Quo Christus natus sumpsit de Vergine carnem anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo. Regnante... Lodoyco secundo, Dei gratia ... Ierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et Andegabie, principatus Capue, Provincie, Teronie et Zenomonie ac Pedimontis comite, regnorum eius anno septimo ... mense iulii, die vicesimo tertio eiusdem quatedecime indictionis, Matere.

Nos Angelus Nicolai iudicis Angeli, annalis Matere iudex, Tucius de Rahone, de eadem terra, puplicus per provincias terre Ydronti, terre Bari, Basilicate et Capitinate reginali auctoritate notarius et testes subscripti ... de eadem terra ... notumfacimus ... quod ... accersitis nobis ... ad petitionem ... sororis Clare ... abbatisse, sororis Roselle, priorisse et monialium aliarum ... monasterii Sancte Lucie de Matera, in domo habitationis ipsarum ... sita intus in dicta terra Matere, in Saxo Cavioso, suptus menia civitatis ipsius ... ubi invenimus prefatas sororem Claram ... sororem Rosellam ... et moniales alias ... que ... in nostri presentia constitute asseruerunt ... quod cum ... haberent ... intus in civitate Monopuli et eius territorio certa bona stabilia ... de quibus ... iam sunt anni quamplures elapsi quod propter guerrarum incursus fructum ... recipere minime potuerunt ... set ignorant penitus in quorum manibus et gubernatione predicta bona consistunt. Et quia moniales ipse propter emulorum timorem ad petendum, recuperandum et retinendum bona ipsa nec non proventus et reditus ex ipsis bonis huc usque perceptis personaliter accedere non possunt, propterea confise ... de fide, predentia et legalitate Tyoli iudicis Stefani, de Matera, ipsum ... stante ... cum eis ... Antonio de Auro pro memontanio avvocato earum causa

honoris ecclesiastice dignitatis, facerunt ... suum ...
generalem ... procuratorem ... ad conferendum se ...
ad dictam civitatem Monopolis et bona ipsius monasterii
... capiendi, locandi et dislocandi et pretium locationis
ipsius accipiendi, tam de preterito tempore, quam futuro
et omnibus et singulis a quibus receperit pecuniam seu
res alias locationis ipsius cautelas et apodixas puplicas
vel privatas faciendi ...

† Angelus Nicolai iudicis Angeli annalis Matere iudex

† Ego Donatus Antonii de Blasio predictis interfui

† Ego presbiter Antonius de Paulo predictis interfui

† Ego presbiter Blasius de Demetrio predictis interfui

† Ego dopnus Angelus de Nubito predictis interfui